



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LVII. De abdicatione juris FF. Min. Discalceat. Mexicanæ Provinciæ
præcedendi Fratribus Erem. Sancti Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentur ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Maii MDCCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LVI.

Conceditur facultas mittendi Discretum, & Juvenes Provinciae Aquitanie Antiquioris Ordinis S. Francisci de Observan. ad Cœnobium Parisiense.

Pro restituzione hujus facultatis a Clem. X. edita fuit Conf. ed. 1672. Oct. 18. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1708. Dec. 18. P. 9. præcipitur executio Constitutionis Clem. X.

Dat. 28. Sept.
1705. An. 5.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Faure Exdissimitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciae Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod a nonnullis annis per quoddam fel. rec. Clementis PP. X. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas ad instantiam tunc existentes Ministri Provincialis dictæ Provinciae nomine Joannis Jourdain prohibitum fuit, ne Discretus, & Studentes ejusdem Provinciae ad Magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod Regularis Observantia in illo minime vigeret, indeque timerebatur, ne ad Provinciam prædictam transactis Studiis redeentes ab ipsa Regulari Observantia aliquo modo declinarentur.

§. 1. Cum autem sicut eadem exposicio subjungebat, reformatio in prædicto Conventu Parisiensi, a tunc pariter existente Ministro Generali Ordinis prædicti introducta fuerit, necnon ibidem Regularis Observantia hujusmodi de præsenti vigeat, cestetque proinde talis prætextus, neque simile periculum amplius sit timendum, ac propterea dictus Philippus Exdissimitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciam prædictam in suum Jus, quo ante emanatas literas predicas pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Discretum, & Studentes more solito ad eundem Conventum Parisiens. concedi plurimum defideret, & pro Juris hujusmodi restituzione a prædicto Clemente Prædecessore alia itidem in

forma Brevis literæ die 18. Octobris 1672. expedita ob legitima tamen impedimenta executioni demandata minime fuerint. Nos ipsius Philippi Exdissimitoris Generalis, & Ministri Provincialis votis has in re, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie abstinentes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos ceteroqui juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad præsumtum Conventum Parisiens, prout ante primordiarum in forma Brevis literarum expeditionem confuerant, Studiorum cana mittere possint, & vealent, facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiriri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembri MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A Clem.
X. vetitum
fuit, ne præ-
dicti ad Coe-
nobium Par-
isiens. amplius
mitterentur,

Rationes,
& preces
Provincialis
pro restitu-
tione d. fa-
cultatis.

Mandatur Provinciali Fratrum Minorum Discalceatori, Provinciae Mexican., quod juri præcedendi Fratribus Eremitis S. Augustini absque consensu Discimitorii, & Discretori nuncium remittere nequeat.

Hujusmodi jus concessum fuit ab Innoc. XII. Conf. ed. 1700. Apr. 3. P. 9. Et postea confirmatum ab hoc Pontif. Conf. ed. 1702. Novem. 24. P. 3. Et Conf. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. agitur de primatu inter Fratres Clericos, & Laicos Provinciae Batice.

Dilecto Filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali Provinciae S. Didaci Mexican. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM sicut dilectus filius Isidorus a Jesu verbi Dei Predicator, & Procurator Provincialium SS. Josephi, Joannis Baptiste, & Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum Nobis nuper exponit, alias ad favorem Fratrum Provinciae Sancti Didaci Mexican. a fel. rec. Innocentio PP. XII. Prædecessore nostro die 14. Junii 1700. emanauit in simili forma Brevis Literæ expeditæ con-

Dat. 12. Dec.
1705. An. 6.

A quo Pon-
tifice conce-
sum, & con-
firmatum
fuerit hujus-
modi jus
præcedendi.

firmatoria

Concessio
præd. Facili-
tatis.

Clausulz.

LVII.

Preces Pro-
curatoris
Provincia-
rum Hispa-
niarum.

Mandatum
præd. Minis-
tro Provin-
ciali factum.

Clausula.

LVIII.

firmatoriaæ cujusdam Decreti Congregationis tunc existentium S. R. Eccl. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, per quas dispositum reperitur præcedentiam Fratribus supradictæ Provincia non solum in Processionibus solis, etiam tibi propria Cruce, sed etiam in Concionibus, disputationibus, concurrentia Prælatorum, aliiisque actibus tam publicis, quam privatis interveniente, vel non interveniente familia de Observantia supra Fratres Provinciae Sanctiss. Nominis JESU Ordinis Eremitarum S. Augustini competere; Et subinde nos prædictas Innocentii Prædecessoris literas per alias nostras pariter in simili forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditas literas confirmaverimus; ipse vero Josephus, ut dicto Juri præcedendi primodictæ Provinciae, sicut præmittitur competenti a te, seu tunc existente illius Ministro Provinciali sine ritio Provinciae contentu renunciari nequeat per nos decerni plurimum desiderer. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsum Iudorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cœla lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoluunt fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum etiam Filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super præmissis audierunt, consilio, tibi, & pro tempore existenti Ministerio Provinciali dictæ Provinciae committimus, & injungimus, ut sine consensu Patrum Diffinitorii, & Discretori Juri præcedentiae, de quo agitur, renunciare nequeas; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, & Provinciae S. Didaci, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoriis die XII. Decembri MDCCV. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Prohibetur, ne Fratres Eremitæ S. Augustini Discal. Congregationis Hispanie alteri Religioni adscripti habitent in ea Provincia, in qua priorem habitum gestaverint.

Const. ed. 1702. Nov. 24. Pont. 3. extat prohibitio ne duo consanguinei, vel affines in Capitulo suffragentur. Et Bened. XIII. Cons. ed. 1706. Jan. 22. Pont. 2. precipitur uniformitas in cantu, barba, & Capitulo Congregationis Discalceatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 6 Dec.
1705. An. 6.

Exordium.

S'Acroſanti Apostolatus solicitude, quam meritis, licet, & viribus longe impares, auctore Deo gerimus, Nos admoner, ut conservandæ Religiosorum Virorum, qui e fluctibus seculi in Regulari vita portum configurerunt, afflumproque suavi Christi jugo Altissimi obsequis sele devoverunt, ac uberes honorum operum fructus per Dei gratiam proferre jugiter satagunt, existimationi, quantum Nobis ex alto conceditur, satagamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Vicarius Generalis Congregationis Hispanie Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quod nonnulli e dicta Congregatione ad alias Religiones etiam laxiores transeundi licentiam ab hac Sancta Sede variis praetextibus obtinerunt curant, eaque obtenta in illis habitum Regulari assument, nec non ad eas Provincias, in quibus habitum prædictæ Congregationis Fratrum Discalceatorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorati fuerant, illuc habitatum se conferunt; & ad detegendas, seu defendendas proprias imperfectiones ejusdem Congregationis Fratrum Discalceatorum, illiusque superiorum famam multis imposturis, & derisionibus lacerare non verentur, cum gravi Secularium scandalo, bonique nominis dictæ Congregationis derimento. Quare idem Vicarius Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Vicarii generalis votis favorabiliter, quantum cum Domino possumus annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cœla lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoluunt fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ne de cetero quisquam, qui e memoria Congregatione Hispanie Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum post emissam in illa professionem regulari, ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transierit in ea Provincia, in qua Professionem hujusmodi emerit, ac habitum Fratrum ejusdem Congregationis Discalceatorum Hispanie publice gestaverint, habitare, seu commorari audeat quovis modo, vel presumat, auctoritate Apostolica tenore præsentium prohibemus, & interdicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si seclusus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-

Causa d' Pro-
hibitionis.

Preces Vi-
carii Gen-
eralis Con-
gregationis.

Prohibito-
ne d' Fratres
communi-
cantes
in eadem
Provincia.

Clausula.